

endum est, si respiscat, cum eadem militet ratio.

Ibi: Sic e contrario civis interdictus.

156 Civis sub generali interdicto populi comprehensus, qui nullam causam tribu...

157 Idem est, si communitas dissolvatur, nam inculpabiles ab interdicto immunes remanent...

158 Aliter omnia praemissa se habere, familia interdicta, putat Bonacin...

Ibi: Primum quod si iudex.

159 Interdicta civitate interdicto personali, etiam per consequentiam censetur locus eidem censura sub...

160 Contrarium vero adversus D. Covar. docet Alter. sup. c. 6. vers. Verum contraria Domin. Sor. dist. 22. quest. 3. art. 1. Pat. Suar. dist. 32. sect. ult. n. 32.

Ibi: Secundum, is qui habitat in loco interdicto.

161 Interdicto generali personali ligatus, qui culpae reus non est, potest in loco sacro non interdicto sepeliri...

Dian. part. 5. tract. 10. resolut. 66. Pat. Suar. dist. 35. sect. 3. n. 2. ubi probat ex extravagante ad evan-

Vers. His omnibus accedit.

Cum Scyllaceni duos Episcopos suos continuo interfecerint, Gelasius Papa in capita nos, ult. 25. q. 2. decrevit, ut civitas illa dignitate Sedis Episcopalis privaretur...

AD CAPUT IX.

Pena quomodo commensuranda delicto facti, & personarum qualitate perpensa.

SUMMARIUM.

- 1 Pena est commensuranda delicto. 2 De talionis pena. 3 Jure qua pena teneatur, qui perperam judicat in causa criminali. 4 Quando obicientes crimina in iudicio ab inscriptione tenebantur. 5 Inscripcio quid sit, & qua forma fiebat. 6 Accusatores olim non probantes penam obiecti criminis sustinebant: hodie iudicis arbitrio coercentur. 7 Calumniator punitur ex actis iudicii, in quo calumniatus est. 8 Testis qui in causa ex qua pena corporalis est irroganda, falso contra innocentem deponit, quomodo plectatur? 9 Homicidium qua pena sit dignum, & an valeat statutum pecuniarium tantum pro illo inferens? 10 In coercendis delictis potius in lenitatem, quam in rigorem propendendum. 11 Graviora delicta acrius puniendae. 12 Factura maxima patrimonii gravis pena existimatur. 13 Occidens in rixa ex tempore, quomodo punitur? 14 Pro defensione honoris licet injuriantem occidere in continenti. 15 Pena minuitur ei, qui post multum temporis punitur, usque ad n. 34. 16 Sacri eloqui interpretatio traditur.

- 36 Nobilis quando mitius, vel acrius puniatur, quam plebeus, ad n. 40. 41 Qua persona torqueri non possint? ad n. 45. 42 Qua probatio requiratur nobilitatis, ut reus non torqueatur. 43 Torqueri qui non possunt, quando metus tortura eis licite inferatur. 44 Confessio tormentis, aut metu eorum extorta a persona privilegiata, non tenet. 45 Nobilis suo privilegio renunciare non potest, ut torqueatur. 46 Privilegiati pro quibus delictis tormentis subjiciantur. 47 Nobiles ignominiose plectendi non sunt, Limita, n. 53. 57. 58. 48 Reus laese Majestatis torquetur nullo obstante privilegio. 49 Nobilis reus laese Majestatis in Hispania decapitatur. 50 Furcarum supplicium decapitatione lenius, sed turpius. 51 Divites Nobilium privilegii num gaudeant? 52 Mandans, & exequens delictum, pariter puniuntur. Limitatur ibi, & etiam quoad consulentem & auxiliantem, nu. 60. 53 Qui non habet in bonis, vel honore caret, luit in corpore. Limita, n. 64. 54 Habens in bonis non auditur volens potius corpore luere, quam penam solvere. 55 Nobilibus pena penuniaria propter inopiam, in corporalem commutanda non est. 56 De pena abscissionis manus, aut alterius membri, & nu. 66. 67. 57 Reo in aliqua arte, vel scientia insigni, pena mortis irroganda non est; usque ad n. 72. 58 De penis furti latissime agitur ad n. 100. 59 Delinquentes publica autoritate interficere licet. 101 Jure potest, justa existente causa, penas legis lenire, vel aggravare, de quo ad n. 129. 116 Judices Ecclesiastici an possint penas pecuniarias pro delictis irrogare? ad n. 120. 121 Quibus applicandae, usque ad n. 124. 122 Episcopi utrum fiscum habeant, & n. 126. 123 Episcopus, ejusve Vicarius Fiscalem creare potest. 124 Bona Clerici haeretici cui applicentur, ad n. 130. Quid in Hispania, n. 136. 131 Bona haereticorum cit applicentur, ad n. 137. 138 Jure Ecclesiasticum si confiscationem bonorum haeretici in sententia omittat, potest Fiscus ejus bona occupare.

Iner delicta, & penas proportionem esse servandam, ne statera justitiae perperam in lenitatem, eut saevitiam inclinaret, ratio naturalis suadet. Sic primus homicida, qui fratrem peremerat, se occidendum pertimuit, supplicium simile sceleri expectans. Genes. 4. vers. 14. Omnis igitur, qui viderit me, occidet me. Quod utique, tum Divino, tum humano jure cernimus comprobatur, Levitic. 24. vers. 19. Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum; sicut fecit, sic fiet ei. Apocalyp. c. 13. vers. 9. Qui in captivitatem duxerit, in captivitatem vadet. & capite 18. vers. 7. Quantum glorificavit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Idem in jure Pontificio, c. 2. in fine, de iis, q. sunt a major. part. Capit. ult. S. Illud autem, de pen. in 6. Clement. 1. S. Nec super, eod. titul. cap. non asseramus 21. 24. q. 1. cap. quarat hic, 44. de poenitent. dist. 3. Tristent. sel. 24. c. 8. Jure Regio, l. 5. in fine, titul. 9. lib. 3. Recop. l. ut lim. tit. 6. part. 7. l. 8. titul. 31. ead. part. Jure Civili, l. respiciendum 11. ff. de pen. l. unie. S. Que multo, C. de rapt. virg. Aut bent. omnes peregrini, in fine, C. Faria addit. ad Covar. Tom. 4.

de commun. de successione. Norant D. Thom. 2. 2. q. 39. art. 2. ad 1. Par. Suar. de censur. dist. 36. sect. 3. n. 5. & in opuscul. disp. de just. Dei, sect. 5. n. 17. ubi de justitia Divina, Cardin. Tusch. pract. conclus. lit. P. conc. 211. n. 1. Thom. Delbene de immunit. Ecclesiastic. tom. 2. c. 10. dub. 4. n. 22. Card. Lug. de just. & jur. disput. 1. sect. 3. n. 58. Menoch. de arbitr. lib. 2. cas. 266. n. 1. Pat. Vazq. in 1. 2. tom. 2. dist. 173. c. 3. n. 15. Mar. Alter. de censur. tom. 1. l. 5. dist. 21. c. 1. vers. 2. confirmatur ex illis; Curtier. pract. lib. 4. q. 16. n. 9. Guazzin. de defens. reor. defens. 33. c. 4. n. 3. Ant. Gomivar. lib. 3. c. 6. n. 7. Surd. decis. 7. n. 30. 31. Caball. de homicid. n. 209. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 3. dist. 3. n. 29. ad finem. Paz. in pract. 1. par. 5. c. 13. §. 3. n. 18. Cicer. lib. 1. officior. n. 2. Cavendum est etiam, inquit, ne major pena, quam culpa sit, Luc. Apulei. lib. 7. asin. aur. ibi. Nec secta collegii, nec mansuetudini singulorum, ac nec mea quidem modestie congruit, pat vos ultra modum, delictique sevirie terminum, Horat. lib. 1. satyr. 3.

Adit

Regula peccatis, quae penas irroget aequas, Nec scutica dignum horribili sectare flagello

Ad Num. 1.

Talionis meminere multi eam justam esse afferentes apud Bobad. in Polit. lib. 5. c. 2. n. 93. lit. L.

Ibi: Sic & lege Mosaica.

Similiter legitur Levit. 24. vers. 20. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet qualem influxerit maculam, talem sustinere togeur.

Ibi: Item, & lex duodecim tabularum.

Hanc duodecim tabularum legem aliter legendum esse cost Cujac. & Fishum, asserit Jacob. Rævard. ad leg. 12. tab. c. 25. de injur. & famos. libell. eamque in hunc modum restituit: Si membrum ruperit, ne cum eo pacit, Talio esto Circa quam est ad vertendum, eum, cui membrum rumpebatur, cogi posse juridice, ut cum effractore transigeret quod si renueret ille Jure reum pecuniae damnsabat, qua offenso perfoluta, Talio evitabatur, ut restatur Sextus Caecilius apud Aul. Gellium not. Atticar. lib. 20. c. 1. Pet. Greg. syntagmat. lib. 31. cap. 10. ubi late de Talionis pena.

Ibi: Nam licet eam existimet acerbam.

Talio acerba quoque visa fuit Senecae de ira, l. 2. §. c. 32. inhumanum, ait, verbum est, & quidem pro justo receptum, ultio, & talio non multum differt, nisi ordine. Et sane acerbitas forsitan propter duritiam cordis Hebraeorum fuit opus. Marc. 10. vers. 5. quos in virga ferrea regerere oportebat, Psal. 2. vers. 9. nam & leges Divinae eis, quibus imponuntur, adaptantur, nec semper fuit praecipuum, quod per se melius erat, sed quod magis expediebat intra justitiae ac rationis naturalis limina; ut patet in repudio, & aliis, de quibus Matib. c. 5. a vers. 20.

Ibi: Imò, & nunc hanc Talionis penam.

Judex, qui omittit juxta criminis qualitatem penam imponere delinquenti, supplicium idem sustinet; quod in alium exequi neglexit, l. 20. tit. 6. lib. 3. Recopilat. Greg. Lop. in l. 25. glof. 3. tit. 22. part. 3. Clar.

Clar. in prax. crimin. lib. 5. §. fin. q. 85. n. 10. vers. Ca-  
veant, Maranta de ordin. iudicior. par. 6. n. 191. Didac.  
Perez in l. 1. vers. Utrum autem, tit. 1. lib. 8. Ordinar.  
Joan. de Platea in l. quoties, C. de exactorib. tributor.  
lib. 10. Dian. tract. crimin. lib. 1. c. 51. n. 25. Avil.  
in c. 2. Prætor, Verb. en justicia. n. 7. 8. Tiraquel.  
de pœn. temper. in præfat. n. 9. Bobad. d. lib. 5. c. 3.  
n. 30. Guttier. de delict. q. 54. n. 28. Abbas in c. 2. n.  
5. de maledic. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 96.  
n. 11. Tusch. lit. P. conc. 255. n. 35.

7 Similiter Talioni subicitur Judex, qui pœnam  
graviorem, quàm delictum postulat, imposuerit,  
aut infontem damnaverit, l. 2. §. tit. 22. p. 3. l. 11. tit.  
8. part. 7. l. 1. §. Præterea, l. lege 4. ff. ad leg. Cornel. de si-  
car. Bald. in l. 1. col. 5. C. ex delict. defunctor. Bobad. ubi  
proximè, Greg. Lop. sup. Avendañ. de exequend. mand.  
c. 2. n. 2. vers. Siquidem, Matienç. in dialog. rela-  
tor. part. 3. c. 33. n. 6. Paz d. tom. 1. part. 1. tempor.  
1. n. 62. Ant. Gom. sup. c. 13. n. 6.

8 Sed in praxi iniquè iudicans Judicis arbitrio  
coërcetur, ut resolvent Menoch. d. lib. 1. cas. 341.  
342. Bobadil. tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 27.

Ibi : Olim sanè accusatores regulariter.

Olim accusatores per inscriptionem ad proban-  
da delicta astringebantur, Per. Greg. lib. 32. c. 7. n. 6.  
Non sic inscribentur denunciante, vel per excep-  
tionem crimen in iudicio objicientes, ut observat  
Barbos. in collect. ad cap. super his 16. n. de consat.  
ubi probatur Paz d. part. 5. c. 2. §. unicus. 3. Quamvis  
per calumniam denunciante de cœdendum esse, ve-  
rum sit; Aldrete de religio. disciplin. lib. 3. c. 23. n.  
8. Bern. Diaz in prax. crimin. c. 6. Paz ubi proximè.  
Nec non qui calumniosè crimen objicit excipien-  
do, ut probavimus lib. 1. c. 11. n. 56. in fine. Unde  
denunciatores in Gallia debent se subscribere libro  
dœnunciationum, Per. Gregor. n. 7.

10 Quid sit inscriptio, & qua forma fiebat? discis  
à Consultris in l. libellorum 3. l. si cui 7. juncta Glof.  
ibi, verb. Perseveraturos ff. de accusat. & à Cujac. in  
paratit. ad eundem tit. Per. Gregor. sup. d. c. à n. 2.

11 Quoniam de iure accusatores si in accusatione  
deficerent, criminis objecti pœnam patiebantur, sese  
ad eam subeundam per inscriptionem astringebant;  
sed hæc jam ab aula recesserunt, & calumniator Ju-  
dicis arbitrio coërcetur, ut advertunt Greg. Lop. in  
l. 14. glof. penult. tit. 1. part. 7. Menoch. sup. cas. 322.  
n. 3. Pichar. in princip. n. 35. inst. de public. judic.  
Pacian. de probat. lib. 2. c. 21. n. 141. Gail. de pac.  
public. lib. 1. c. 9. n. 3. Bobadill. d. lib. 5. c. 2. n. 93.  
94. Paz d. part. 5. c. 3. §. 6. à n. 51. Farinac. in prax.  
crim. qu. à princip. Ant. Gom. lib. 3. variat. c. 11.  
n. 3. vers. Item adde, & in l. 83. Taur. n. 7. Par-  
lador. different. 139. n. 2. Clar. sup. quest. 81. n. 3.  
Tusch. lit. P. concl. 321. n. 3. Per. Gregor. d. c. 10. n. 3.  
Guazzin. sup. defens. 3. c. 13. à princip. Caball. quest.  
crim. cas. 167. n. 1. 2. Scacc. in tract. crim. c. 51. à n. 7.

12 Est adnotandum ad punitionem calumniatoris  
non desiderari novam causæ cognitionem, sed ex  
eisdem actis accusationis, quam per calumniam in-  
stituit, plecti posse, Clar. q. 69. n. 9. Parlador. sup.  
n. 3. & probatur ex l. 1. de calumniatorib.

Ibi : Quæ justissima, & hodie servabitur.

Testis, qui in causa, ex qua corporalis pœna venit  
infligenda, adversus innocentem falso deposuerit,  
Talionem debet sustinere. Sic legitur Deuteronom.  
19. à ver. 18. Cumque diligentissimè perscrutante inve-  
nerint falsum testem dixisse contra fratrem suum  
mendacium : reddent ei sicut fratri suo facere cogi-  
tavit.

Et paulò inferius, vers. 21. Non misereberis  
ejus, sea. vitam pro anima, oculos pro oculo, dentes  
pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.  
Daniel. 13. vers. 61. cap. satis 33. quest. 5. l. 4. tit. 17.  
lib. 8. Recopilat. l. 5. tit. 13. part. 2. l. 26. tit. 11. p. 3. d. l.  
11. tit. 8. part. 7. notant Joseph. lib. 4. antiquitat. c. 6.  
Anton. Gom. d. vers. Item adde, Menoch. cas. 306. à  
princip. Bobad. sup. lib. 3. c. 2. n. 78. Gregor. Lop.  
in d. l. 26. glof. 3. Duennas reg. 27. ad fin. D. Covar. in  
cap. quamvis, part. 1. §. 7. n. 9. in fine, ubi latè, &  
eruditè de pœna falsi testis, à n. 6. de pact. lib. 6. Clar.  
sup. d. lib. 5. §. falsum, n. 5. & ibi addit. lit. G. Moncada  
ad Crotum de testib. par. 9. n. 38. Bos. sup. tit. de opposit.  
cont. test. n. 104. Simanc. de Catholic. instit. tit. 64. n. n-  
bric. de testibus, n. 160. vers. Quæ pœna locum habet,  
Azeved. in d. l. 4. n. 49. cum seqq. Gom. Arias in l. 83.  
Taur. n. 8. Peguera dec. 19. n. 5. Petr. Greg. syntagmat.  
lib. 36. q. 5. n. 12. Baiad. ad Clar. §. fin. q. 81. n. 1. Guaz-  
zin. defens. 28. c. 18. à princip. ubi latè Per. Caball.  
sup. cas. 165. à n. 12. Idemque de inducente falsos  
testes in hujusmodi causis docet Guazzin. cum aliis  
n. 7. 8.

Sed, secluso statuto, secundum jus commune du-  
bitatur, an non sequuto effectu punitionis in in-  
fontem, falsus testis pœnam Talionis debeat susti-  
nere? De quo per Farinac. de testib. q. 67. §. 1. à n.  
15. qui n. 17. resolvit, pœna arbitraria esse punien-  
dum, Guazzin. n. 3. Caball. n. 14. cum aliis.

Quæ æquè procedunt, si ve testis falsum dicat, si ve  
interrogatur, per dolum veritatem occultet, qua de-  
tecta, reus à pœna corporali liberaretur; Tindar.  
tract. de testib. part. 1. c. 9. n. 5. Farinac. ubi proximè,  
n. 4. Nam utroque modo falsitatis crimen perpe-  
trat, D. Covar. ubi proximè, n. 6. Angel. in l. argentea  
vrius §. fin. n. 3. ff. de eden. Alex. ibid. col. 1. Pacian. sup.  
lib. 1. c. 66. n. 157. & diximus lib. 1. c. 2. n. 16.

Ad Num. 2.

Homicidium ultimo supplicio plectendum est, 16  
Apocalyp. 13. vers. 10. Qui in gladio occiderit, oportet  
eum gladio occidi, cap. ult. 3. dist. 1. l. 1. l. 3. cum aliis, tit.  
23. lib. 8. Recopilat. l. 6. tit. 8. part. 6. l. penult. ff. ad leg.  
Cornel. de sicar. l. si quis aliquis 38. §. Qui abortionis,  
ff. de pœn. penult. C. ad leg. Cornel. de sicar. l. quoniam  
multa 6. C. ad leg. Jul. de vi. §. Item lex Cornelia, de si-  
car. Inst. de public. judic. Tusch. lit. H. conc. 148. n. 1.  
Azev. in d. l. 3. Recopilat. n. 2. Ant. Gom. d. lib. 3. c. 3.  
n. 1. Menoch. cas. 279. in fine, Jul. Clar. in prax. §. Ho-  
micidium, n. 18. Cyriac. contro. vers. tom. contro. 355.  
ubi sic statutum esse Mantuæ testatur Greg. Lop. in  
l. 15. glof. 1. tit. 8. part. 7. Bos. sup. tit. de homicid. n. 109.  
Carrer. in prax. eod. tit. fol. 272. Pichard. latè, in d. §.  
Item lex Cornelia, ex n. 4. Cancr. variat. part. 2. c. 11.  
n. 73. Per. Gregor. syntagmat. lib. 36. c. 15. n. 16.  
Cabal. de homicid. n. 106. Farinac. in prax. tom. 2.  
quest. 126. n. 41.

Apud Aegyptios homicidiæ mortis pœnam sus-  
tinent, Diodor. lib. c. 16. Bransilienses reum strangu-  
landum tradunt occisi propinquis; quibus de jure  
vindicta competit quod si haberi nequeat, ejus fi-  
liæ, aut sorores, vel cognatæ ipsi in servitutem  
dantur, Theat. vit. hum. verb. pœna, ubi de pœna ho-  
micidii. Brutum quoque propter hominem occisum  
similiter punitur, Exod. 21. vers. 28. Si bos cornu per-  
cussit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapi-  
dibus obruetur, &c. In Burgundia ita servari, testis est  
Guid. Pap. decif. 238. qui afferit, se vidisse suam fur-  
ca suspensum, quia puerum peremerat. Imò inani-  
mata ex eadem causâ perire jubentur, nam statum  
quædam cum hominem oppressisset, ut in mare de-  
jiceretur fuit damnata, ut refert Per. Greg. ubi prox-  
imè, n. 9.

Ibi :

Ibi : Deinde quod pœna pecuniaria.

18 Non valere statutum, quod sola pœna pecunia-  
ria homicidas coërcet, sustinent Jul. Clar. sup. n. 19.  
Tusch. n. 12. Gaazzin. de defens. reor. defens. 3. c. 6. n. 4.  
Roland. cons. 98. n. 26. l. 1. & cons. 3. n. 39. lib. 2. Jacob.  
Ayret. in repet. l. ur vim part. 2. à n. 20. ff. de just. &  
jur. Igne in l. lege Cornelia, §. ult. n. 62. ff. ad Syllanian.  
& plurimi alii, quos refert Farin. quem videas in  
prax. tom. 1. q. 119. inspect. 1. n. 27. Ex quibus con-  
stat, hanc opinionem vaidè communem esse, cui  
suffragatur illud Num. c. 35. vers. 31. Non accipietis  
pretium ab eo, qui reus est sanguinis.

19 Quod, cum n. delicti solùm pecuniæ multa puni-  
untur, homines præsertim divites facillè delin-  
quant, notant Bobadill. tom. 1. lib. 2. c. 11. n. 17. in fi-  
ne, Farinac. d. q. 119. n. 36. Huc spectat quod de Lucio  
Neratio refert Gell. d. c. 1. his verbis : Lucius Ne-  
ratus fuit egregiè homo improbus atque immani vo-  
co dia. Is pro delectamento habebat, os hominis libe-  
ri manus sue palmi verbare : eum servus sequeba-  
tur, crumnam plenam assibus portans & quemcum-  
que à pœna verat, numerari statim secundum duo-  
decim tabulas quinque & viginti asses jubebat. Ee-  
nim acerbitas plerumque uiciscens in maleficii bene  
atque cautè vivendi disciplina est, ut inquit Gell.  
ubi proximè, in fine, So crates apud Plutarchum lib. 2.  
de legib. aiebat, civitates optimè gubernati, cum in-  
justi dant pœnas; nam facilitas veniæ incentivum  
exhibet delinquendi, cap. ut Clericorum 13. §. 1. de  
vit. & honest. Cleric. Petr. Greg. lib. 32. c. 2. n. 3.  
Lortet. de re be. faciar. lib. 3. q. 18. n. 198.

20 His accedit pœnam pecuniariam omni corporali  
leviorem esse, in servorum 10 in fin. ff. de pœn. Bart.  
in l. 1. in fin. ff. eod. Jas. in repet. l. admonendi, n. 221. ff.  
de jureiura. d. Deci. in l. si quis id quod, n. 24. ff. de ju-  
risdict. omni. judic. Grammat. vor. 17. n. 17. & vor. 23.  
n. 22. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 90. n. 39. Unde in-  
iquum videtur, illam duntaxat irrogari pro homici-  
dio, quod inter gravissima crimina numeratur, Ber-  
nard. Diaz in prax. c. 97. n. 1. Est enim detestabilius  
perjurio, Less. de just. lib. 2. c. 42. dub. 75. Bellamer. in  
c. duo mata, n. 3. dist. 13. Angel. in summ. verb. perju-  
rium, n. 8. Horribilius adulterio, c. si quod verius 9. 33.  
q. 2. ubi Glof. verb. adulterium, D. Thom. 1. 2. q. 100.  
art. 6. in corpor. in fin. Sot. de justit. lib. 5. q. 1. art. 3.  
Corraf. lib. 2. miscellanear. c. 11. De cujus delicti atro-  
citate egit latè Pichard. in d. §. Item lex Cornelia.

Ibi : In contrarium adducitur textus.

21 At statutum justum esse, ac valdum, quo homi-  
cida duntaxat pecunia multetur, communi itidem  
opinionem defenditur, quam tenent Bald. in l. data  
oper. 4. n. 12. C. de iis, q. accus. n. pos. Azeved. in rubr. n.  
28. tit. 23. lib. 8. Recopilat. Addit. ad Abbat. in c. fin.  
Verb. pronitatem peccandi, col. 4. de consuetud. Alex. in  
l. 1. n. 13. ff. quod quisq. jur. Carrer. sup. §. Circa secun-  
dum, juxta legem Moysi, n. 18. Bologner. in l. 1. n. 24.  
ubi probat latè ff. quod quisq. jur. Dec. tract. crim. lib. 9.  
c. 20. n. 27. Addit. ad Rom. sing. 714. & alii non pau-  
ci, quos congerit Farin. sup. n. 28. Sic Longobardi  
constituerunt, lib. 1. tit. de homicid. liber. homin. l. 1. 4.  
13. cum aliis. Similiter & Dani. Saxo lib. 10. Ger-  
mani certo pecorum numero homicidium luebant,  
Sab. lib. 2. En. 6. Memphitæ verò homicidas ab op-  
pidis, & commercio exterminabant, donec à Gym-  
nosophistis expiarentur, Diodor. Sicul. de reb. antiq.  
lib. 2. Apud Anglos pro primo homicidio reo in  
manu sinistra sub pollice litera M, inuritur; nam  
illi homicidium, Mordre, vocant; ut si postea idem

felus repetat, debitas pœnas det, Polydor. lib. 26.  
Anglic. histor. Petr. Greg. sup. lib. 37. c. 2.

Verf. Quamvis culpe & delinquentium scelera.

Sed cum humano iudicio æquilibrium inter cul-  
pam, & pœnam exactè constitui, penè impossibile  
sit (Deus enim est qui suppliciorum metas agnoscit,  
c. querat hic de pœn. dist. 3.) propter circumstantia-  
rum multiplicem varietatem, ex quibus pœnas quo-  
que varietati necesse est, c. sicut dignum 6. de homic.  
aut facta 16. ff. de pœn. l. 8. tit. 3. part. 7. ubi Greg.  
Lop. glof. 1. Caball. ubi proximè, n. 209. Ant. Gom. d.  
lib. 3. c. 6. n. 7. Leonard. de usur. q. 38. n. 20. ubi de pœ-  
na conventionali pecuniaria. In mitiorem partem  
benigne nobis propendendum erit, maximè ubi non  
reperitur atrocitas, c. in pœnis 49. de reg. jur. in 6. Cle-  
ment. 1. §. nec super hæc, de pœn. cap. disciplina 9. cum  
seq. 45. d. ff. de pœn. 18. de pœn. dist. 1. respiciendum 11.  
l. penult. ff. de pœn. Notant Caball. resol. crim. cas. 273.  
n. 6. Gail. practicar. observat. lib. 2. observat. 138. n. 9.  
Gaazz. sup. defens. 3. c. 12. n. 5. Surd. dec. 48. n. 13. Cy-  
riac. tom. 2. co. verov. 289. n. 21. Pacian. de prob. lib. 2.  
c. 14. n. 9. Paz sup. tom. 1. tempor. 5. n. 65. cum melius  
sit, delicti im ali quantum impunitum relinquere,  
quàm modum justæ vindicationis excedere; argu-  
ment. l. absentem 5. §. 1. ff. de pœn. Unde fit, ut in  
peccet qui in iura miserationis, qui n. propter seve-  
ritatem à justitia deviat; c. alligant : 26. q. 7. ibi :  
Deinde est erramus modicam pœnitentiam imponen-  
tes; nonne melius est propter misericordiam rationem  
redere, quam propter crudelitatem? Simanc. de Ca-  
thol. instit. tit. 46. n. 85. Ant. Gom. ubi proximè, Paz d.  
tom. 1. part. 5. c. 3. §. 12. n. 104. Bald. cons. 403. volum. 3.

Illud verò in pœnis imponendis maximè est at-  
tendendum, ut graviora crimina acerbior supplicio,  
ac majori coërcantur; leviora minori: quem ordi-  
nem ipsa justitia Divina observat, quæ tametsi non  
ad æquilibrium plectat hominum scelera, tamen  
quanto graviora sunt illa, tanto acrius coërcet juxta  
geometricam, vel arithmetica proportionem, ut  
docet Pat. Suar. in opuscul. disput. de just. Dei,  
sect. 5. n. 17. Caramuel in Theolog. fundam. n. 1670.  
ubi ait, hoc verum, etsi delicta ejusdem sint speciei;  
quapropter ex qualitate pœnæ gravitas, vel levitas  
delicti cognoscitur; c. non asseramus, in fine, 24. q. 1.  
Caball. cas. 197. n. 5. Farinac. in prax. q. 18. n. 83.

Ibi : Primum, posse contingere.

Est de mente omnium DD. quos laudavimus sup. 24  
n. 21. ad justitiam statuti punientis sola pecuniaria  
pœna homicidium, desiderari, quod quantitas sol-  
venda non sit contemptibilis, sed tanta, ut possit ho-  
mines detertere; & præterea justam causam debere  
intervenire, cum D. Covar. affirmant Dec. sup. n. 25.  
Farinac. n. 36. Nec quidem leve supplicium existi-  
mandum est, si forte homicida tota, aut majori par-  
te suæ substantiæ privaretur, per quod in paupertate  
tem incideret; argument. l. quisquis, §. 1. C. ad leg.  
Jul. Majestat. prout cautum est Longobardorum  
legibus in causa speciali, l. 19. d. tit. de homicid.  
liber. homin. Pecunia namque ad eò ad vitam ne-  
cessaria æstimatur, ut aliquando hominis anima  
nuncupetur, juxta illud Hesiodi.

Pecuniæ est anima miseris mortalibus.  
Quod refert Bæza de mop. debit. c. 2. n. 31. Roiz. Li-  
tuan. dec. 3. n. 315. Al quando vita dicatur; glof. verb.  
vitam. in l. Advocati 14. C. de Advocat. divers. ju-  
dicio. Tiraquel. in l. si unquam, verb. facultatum n. 1.  
C. de revoc. donat. & de Nobilitat. c. 31. n. 164. Giga.  
cons. 32. n. 36. Clar. d. §. Homicidium, n. 25. D. Covar.